

Metaphysicæ, quæ est scientia vna, non ab ente, sed à substantia, quæ est principalius obiectum contentum sub ente: ergo similiter in propo-

Secunda sententia Doctoris.

1. Not.

Secunda, & opposita sententia, quæ etiam in tribus alijs oppositis partibus, confitit, est iā communis, cum Doctore in præsenti: pro qua notandum primo, quod pro nunc aliquid dupliciter dicitur vnuocum, realiter, & intentionaliter primo modo adhuc dupliciter. Physice, & Metaphysicæ: vnuocum Physice attendunt peres perfectionem contrahentium aliquod superius: vnde cum in sola specie infima sit & qualis perfectione indiuiduum contrahentium: ideo hæc sola est vnuoca Physice: latent enim in genere & equiuocationes: ex 7. Physitorum: vnuocum Metaphysicæ est omnis gradus realis superior abstrabilis, & per inferiora contrahibilis. Vnuocum intentionale seu Logicum, est, quod haber unitatem nominis, & rationis, communem multis per intellectu: quare cum Logicus non consideret quidditatē secundum maiorem, vel minorem perfectionem in suis inferioribus; sed solum secundum suum esse cōmūne in multis; vel de multis; hinc apud ipsum nullius communis quidditatis datur conceptus æquiuocus, aut Analogus, sed vnuocus tantum.

2. Not.

Secundo notandum: quod sicut in homine, Equo, & Leone, concipiuntur gradus animalis, qui secundum se consideratus est indifferens ad quancunque differentiam specificam; & vt est quoddam totum potentiale, denominatur genus ab intellectu: sic à quinque predicabilibus concipiuntur gradus rationis, qui secundum se consideratus abstrahit à tali modo, vel tali, predicandi, & est indifferens ad differentias illarum contrahentes, & vt sic, denominatur genus.

2. Conclus.

Dicendum primo, vnuersale est genus vnuocum ad quinque predicabilia: probatur: vnuersale predicatur de ipsis quinque secundum nomen vnum, & eandem rationem: igitur vnuocæ: consequētia patet per Aristot. in principio Prædicamentorum: antecedens est in nesciū: quia quolibet istorum est aptum dici de pluribus, per quod diffinitur, (salem à posteriori) vnuersale. Et per hoc pater ad tertium membrum;

2. Conclus.

Dicendum secundo, vnuersale Logicum est subiectum attributionis huius libri: probatur primo, haec scientia est vna: ergo habet subiectum vnum: ergo quinque predicabilia non sunt hic subiectum, nisi secundum quod conueniunt in uno communī, quod erit primum subiectum: sed illud est vnuersale Logicum: ergo.

Nec valet dicere cum Alberto: quod haec scientia est vna ab unitate generis, quod est principalius inter haec quinque: nam sicut ex 7. Metaphysicæ sufficit Metaphysico determinare de substantia, scilicet, principaliter, & primo; eo quod substantia est primum ens, & metrum omnium accidentium: ita sufficeret Porphyrio ad determinandum de quinque vnuersalibus determinare de genere tantum: & per consequens Porphyrius fuit superflius ponendo quinque capitula de quinque vnuersalibus, cum sufficeret vnum: quod non est dicendum nec simili-

le de unitate Metaphysicæ est verum: nam vt in Ante prædicamentis videbimus, eas est vnuocum decem prædicamentis.

Secundo probatur cōclusio: vnuersale Logicum habet omnes conditions ad subiectum attributionis requiritas: ergo: antecedens probat: nam supponitur hic quid est, & quia est, tanquam notum: non enim est possibile aliquam speciem eius līcere cognitione scientifica, & distinctione (licet bene cognitione confusa) ignoto de ipso, quid est, & quia est: & ita supponitur, ut tradita ab Aristotele. 1. Perihermenias, vel primo Posteriorum: habet etiam positionem de ipso demonstrabilis; vt supra vidimus: tandem omnia hæc quinque sunt eius species, quæ ad ipsum tanquam ad suum genus vnuocum reducuntur, ergo,

Ad primū.

Ad argumenta ad primum, nego minorem: nam ratio formalis vnuersalis & que respicit omnia prædictabilis: vnde quod genus perfectius ab hac specie, quam ab illa participetur, non prouenit ex ratione generica ex se, sed ex differentiis ipsius contrahentibus: & cum Logicus hæc perfectiorem contractionem non consideret; sed solum illam communem rationem, in qua inferiora conueniunt: ideo talis ratio est apud ipsum vnuocum: quare Albertus in Logicalibus non Logicatur, sed naturaliter loquitur.

Ad secundum, pro tertio membro patet ex dictis conclusione prima, & secunda.

Ad argumenta Doct. contra primam conclusionem respondeatur. Ad primum, quod vnuersale, sub ratione generis, prædicatur de quinque predicabilibus: nam sicut secundæ intentiones ita vnuersales non possunt de se inuicem prædicari: prædicatione exercita & essentiālē; hæc enim est factus: genus est species, vel species est genus: bene tamen prædicatione signata; & etiam exercita accidentalē, & denominativa: sic de vnuersali in communī est dicendum: hæc enim est falsum: vnuersale est genus: si sit prædicatione essentiālē: sicut ista animal est homo: ceterū ha sunt vera: vnuersale predicatur de genere, species, & differentia: & vnuersale est genus denominative: quia sicut animali, si sumatur; vt habet esse in homine, & Leone, vel secundum suum esse quidditatuum, est extranea ratio generis; ita vt illi, cum hoc verbo est, conuenire non possit; sic dicendo: animal est genus: quia vt sic, homo non est animal: nam alter homo esset etiam genus; bene tamen non est illi extranea: si sumatur; vt habet esse abstractum, & precium a suis inferioribus: ita similiter ratio generis est extranea vnuersali: quando vnuersale quinque cum hoc Verbo est: sic dicendo: genus est vnuersale; species est vnuersale, &c. nam tunc est de eorum essentia, & quidditate: & vt sic non est genus; sicut nec species est genus; ceterum, si sumatur ut abstractum ab omnibus ipsis, vt diximus not. 2, tunc optime genus denominari potest. Aliam

solutionem dat Doct. de ly quid, & ly modus, quæ est clara in textu; de qua etiam supra q. 3, & amplius quæst. secundæ sententie,

A.R.

ARTIC. II.

An secunda intentiones cadant per se sub Metaphysici considerationem.

Pro solutione argumenti primi secundæ intentionis mouetur articulus praesens: itaq.

1. Sentent.

Prima sententia communis est inter Thomistas cum suo Magistro 6. Metaph. assertens omnia entia rationis quasi ex obliquo, & cōcomitantē ad Metaphysicum realem spectante etiam suarē 2. tomo Metaph. disput. 54. quæ probatur primo intentio rationis, cum non sint vera entia, sed quasi umbra entiū, non sunt per se intelligibilia, sed per aliquam analogiam, & conjunctionem ad vera entia: ergo nec sunt per se scibile: ergo nec datur scientia, quæ per se primo propter illa cognoscenda sit in littū: & per consequens solus ille Artifex agit de illis, qui agit de ente reali, cum quo cognoscuntur: sed talis est Metaphysicus realis: ergo, &c.

2. Argum.

Secundo, quod est factum, vel apparenſ, per comparationem ad id, quod vere est, intelligi debet: huiusmodi est ens rationis: ergo, &c.

3. Sentent.

Secunda, & opposita sententia affirmans entia rationis cadere per se sub consideratione aliquæ scientie rationalis, semper mihi probabilior apparuit; quam etiam defendit Sapientissimus Magister Iohannes Anglicus quæst. 8. & 11. super vnuersalitatem pro qua notandum primo quod, vt supra quæst. 1. Proœm. art. vltimo diximus, scientia reali in communī non opponitur Logica stricta, nec late sumpta; sed scientia rationalis in communī, quæ Metaphysica rationalis dici potest: & hæc considerat ens rationis in tota sua latitudine sumptum, secundum propriam quidditatem: sicut Metaphysica realis considerat quiditatē entis realis: & talis Metaphysica rationalis presupponit Metaphysicam realem, vt acquiratur, quoad simplice cognitionem sui obiecti: nam vt vidimus, nullum ens rationis potest cognosci, nisi prius intellectus moueatū speziebus entis realis.

2. Not.

Secundo notandum: quod aliqua sunt de cōsideratione Metaphysicæ, vel alterius scientie, quadrupliciter: primo per se primo: secundo per se non primo: tertio, reductive: quarto per accidens. Exemplum primi: vt ens, & passiones entis: Exemplum secundi: vt partes subiectū entis: Exemplum tertii: vt entites in completæ: exemplum quarti: vt non entia, privations, & negationes; ac entia rationis, sine quorū adminiculo non potest perfecta entis realis cognitione dagari.

Vltimō notandum: aliter considerari secundam intentionem à Logico, & aliter à Metaphysico: nam Logicus considerat eam in concreto, vt applicabilem primis, tanquam tali fundamento, seu subiecto: est enim applicabilitas passio secundæ intentionis cum illa identificata: Metaphysicus autem considerat eam secundum suā quidditatem, vt ens est præcisus: itaque Logicus

per se primo considerat vnuersale in concreto, vt applicabile naturis communib⁹: Metaphysicus vero considerat ipsum: vt ens est; & hoc etiā per se primo.

Dicendum primo, ens rationis in tota sua latitudine est per se ab aliqua scientia considerabile: probatur primo: illud est per se ab aliqua scientia considerabile, quod est per se scibile: sed ens rationis est huiusmodi: igitur: probo minorem: illud est per se scibile, quod habet passiones de ipso demonstrabiles, & medium, per quod demonstratur: tale est ens rationis, de quo loquimur: igitur est per se scibile. Minor quoad vtramque partem ostenditur: nam sicut de ente reali dicimus habere conceptum obiectuum realem vnuocum omni enti reali, per quem demonstrantur de ipso sua passiones, quæ sunt vnum, verū, &c. sic de ente rationis in communī est nobis Philosophadū: siquidem per speciem imprecisam, & exp̄essam, entis realis cognoscitur: qui quidem conceptus entis rationis est causa suarū passionum, saltem in demonstrando: quæ demonstratio fieri hoc modo: omnis conceptus à pluribus abstractus, & non per modum plurimum, est vnum: sed conceptus entis rationis, vt sic, est abstractus à pluribus, & non per modum plurimum: ergo est vnum.

Secundo de ente reali, prout diuidit ens, vt sic, datur scientia per se: igitur & de ente rationis etiam debet dari scientia per se; quia non est major ratio vniū diuidentis, quam alterius, vt ex argumentorum solutione patet.

Dicendum secundo, ens rationis in tota sua latitudine consideratur per se à Metaphysica rationali. Hæc quamvis expressa à Doctore non habeatur, tamen illi non contradicit: mo eam ab illo deduco probabiliter ex aliquibus locis doctrinæ sue: primus sit in præsenti, in solutione primi argumenti quæstionis principalis, vbi sic dicit: cum autem obiectum contra primum membrum, dici potest: quod Metaphysicus omne ens reale considerat, non ens rationis, cuiusmodi est vnuersale, vt hic loquimur: ergo tale vnuersale non consideratur à Metaphysico reali; sed à Logico non consideratur, nisi vt est applicabile rebus primæ intentionis, & non vt est ens rationis, vt sic: ergo, vt sic, ab alia scientia debet considerari: sed talis non est Metaphysica realis: ergo est Metaphysica rationalis: ergo intentum probabiliter secundum Doctorem.

Secondus locus habetur infra quæst. 5. de genere: dicendum igitur in fine: vbi loquens de genere, vt est secunda intention, sic inquit: tamen forte, vt quid est, habet diffinitio à Metaphysico. Ex quo sic: sed diffinitio explicat quidditatem generis, vt est ens rationis: & nihilominus dubitat Doct. an debeat dari à Metaphysico: ergo ab alio potest dari: sed non à Logico ex ratione præcedente: ergo à Metaphysico rationali.

Tertius locus sit ex tertio sent. distinct. 34. lit. D. vbi habitum acquisitum speculativum dividit in realem, & rationis; vel quia est circa ens reale, & ens rationis: & eū, qui est circa ens reale diuidit ex 6. Metaph. in Mathematicam, Naturalem,

1. Conclus.

2. Coroll.

alem, & Diuinam, seu Metaphysicam realera: sed ex hac divisione non potest aliquid ens rationis, nec ipsum in communi, cadere sub Metaphysica reali: sicut nec ipsum potest cadere sub ente reali ut sic ergo necessario secundum Doct. ens rationis cadit per se sub consideratione alterius scientie: sed talis nequit esse nisi Metaphysica rationalis: igitur, &c.

Sed obiectes mihi Doctorem quest. 1. Elenchorum prope finem: vbi sic ait: vnde per hoc, quod dico: quod ens naturae a primo Philosopho consideratur, & ens rationis a Logico, non intendeo aliquid excludere a consideratione primi Philosophi: In quibus verbis videretur sentire secundas intentiones secundum suas quidditates cadere sub Metaphysice consideratione, & ut applicabiles sunt, cadere sub Logico instituto.

Respondeo primo, quod loquitur ibi Doctor de exclusione per accidens: nam secundum hanc, certum est, quod nihil a reali Metaphysico excluditur: & pater, quod sic intelligatur: nam, inquit, quod genus, & species, in quantum quedam specialia entia sunt, sic collocantur in genere determinato, & cadunt sub consideratione eius, cuius est quod quid est determinare: sed genus, & species, ut vniuersalia sunt, non habent genus ali quod reale determinatum, nec a Metaphysico per se considerantur, sed per accidens. Ergo nec eorum quidditas per se ab illo consideratur.

Secundo dico: quod loquitur ibi de Logico, vt est quidam Artifex rationalis applicans instrumenta sua intentionibus primis: & quia talia instrumenta possunt omnibus applicari, ideo Artifex communis appellatur: ceterum quia ultra illam applicabilitatem possunt ut entia considerari, & Logicus, vt sic, ea non consideret: ideo excludens Logicum ait, considerari a Metaphysico, seu Philosopho primo, non curans, an talis consideratio sibi conueniat per se, siue per accidentem: hoc enim ibi ex proposito non disputabat.

Ratione probatur conclusio: ens rationis late sumptum est ab aliqua scientia per se considerabile, ex prima conclusione: sed non a Logica, nec a Metaphysica reali, quia haec non considerant per se primo, nec per se secundo, tale ens rationis: etiam secundum oppositum opinantes: igitur est a tali Metaphysica rationali per se primo considerabile: cum non sit alia scientia, quam ipsum consideret immediate, & per hoc ad secundum.

3. Conclus.

Dicendum tertio, ens rationis late sumptum est considerabile a Metaphysico reali per accidentem: haec est communis: & probatur illud, quod est per se ab una scientia considerabile potest ab alia per accidentem considerari: pater de ente reali, quod per se a Metaphysico consideratur, & a Logico per accidentem: sed ens rationis consideratur per se a Metaphysico intentionaliter: ergo per accidentem potest a reali considerari: & de facto consideratur, quando illud considerat attribuendo ei formam entis realis, & quando eius cognitio adiuuat ad cognitionem talis entis rationis.

Secundo, ens rationis non pertinet per se primo, nec per se secundo, nec reductum ad subiectum.

Etum Metaphysica ergo tantum ab illa per accidentem consideratur: consequentia pater ex notab. secundo: antecedens quod duo priora etiam ab aduersariis admittitur quo ad tertium præbatur: nam nullum aequaliter alteri, & ex diametro oppositum, dicitur reduci ad illud: sed ens rationis est aequaliter enti reali, illique opportunitur, tanquam membrum dividens cum illo ens in communione: ergo ad illud non reducitur: maior patet: nam quod reducitur ad aliud, debet esse, vel eiusdem naturae cum illo, vel sicut aliquo modo pertinet ad eandem naturam, cuiusmodi non est ens rationis respectu entis reali.

Confirmatur si ens rationis reduceretur ad objectum Metaphysicae, eius passiones demonstrantur per rationem formalem entis realis: consequens est falsum: nam solum passiones entis realis per eius rationem formalem demonstrantur: ergo: probo maiorem: nam si passiones entis rationis demonstrantur a Metaphysico reali, vel est per rationem formalem entis realis, vel ipsius entis rationis: si primum, implicat, ut pater si secundum, est intentum conclusionis: ergo, &c.

Dicendum ultimè, Vniuersale Logicum, & quelibet alia intentio secunda, ut sunt entia rationis considerantur a Metaphysico rationaliter: ut autem sunt entia applicabilia primis intentionibus a Logico considerantur: haec constat ex dictis.

Ad argumenta: ad primum nego maiorem: nam entia rationis Logica sunt per se intelligibilia, sicut secundum ario, & ita sunt per se scibilia: ex hoc enim quod a liquid non sit per se primo intelligibile, non sit et inferre, quod non sit per se scibile: nam relatio realis non est per se primo intelligibilis, & tam en secundum omnes, est per se scibilis. Ita in proposito: fatetur enim ens rationis non esse per se primo intelligibile, sed intelligi per species entis realis: negamus tamen de eo non esse per se aliquam scientiam, quam ipsum consideret immediate, & per hoc ad secundum.

Vlt. coclusio.

Ad primū
& secundū.

Com. 8.

Tex. Com.
70.

Com. 9.

Tex. Com.
5. & inde
cap. 2.

Com. 5.

Tex. Com.
5.

Com. 5.

QVÆST. V.

An vniuersale subiectetur in re,
vel in intellectu?

Vixit de vniuersali; cum sit accidentis; ut hic loquimur; in quo est, ut in subiecto, utrum in re, vel in intellectu? Quod non in re, probo: omne accidentis, quod est in re, est proprium, vel commune: si proprium, inest individuus: licet non primo; quia proprium per se

primo

Quest. V.

125

primò inest speciei, per se enim presupponit de omni: si commune, inest primo individuus: si ergo esset accidentis in re, inest primo individuus: sed hoc est falsum: quia tunc individuum est vniuersale: ergo, &c.

Itē, intellectus est virtus passiva per Arist. 3. de anima: ergo non agit extramittendo; sicut est de sensu, per Arist. 1. Topicorum: cum ergo causet vniuersale, non extrahitet illud: ergo non est in subiecto aliquo, extra ipsum.

Item: ex intellectu, & intelligibili, fit verius vnum, quam ex materia, & forma, per Commentatorem tertio de anima: sed forma non est extra materiam, nec ē conuerso: igitur nec intelligibile extra intellectum: ergo nec modus intelligibilis extra intellectum: igitur nec vniuersale.

Ad oppositum: materia, & efficiens non coincidunt, per Arist. 2. Physicorum: intellectus est causa efficiens vniuersalis: ergo non est materia: ergo nec subiectum: quia accidentia non habent aliam materiam nisi in qua, quæ dicitur subiectum eorum.

Item, per Commentatorem super primo de anima: intellectus facit vniuersitatem in rebus: ergo illa est in re; non in intellectu: ergo, &c.

Item: accidentis est in illo, ut in subiecto, quod denominat vniuersale: denominat rem; non intellectum: igitur.

QVÆSTIO I.

Appendix: an haec sit
vera; homo est vni-
uersale?

Iuxta hoc queritur: de veritate istius propositionis: homo est vniuersale: & confimilium, vbi prædicatur intentio de re: quod sint falsæ, probo: subiectum significat veram naturam: ergo pro illa supponit: prædicatum non prædicat veram naturam: quia non significat eam, igitur prædicatur non vera natura de vera natura: ergo oppositum de opposto.

Item: si homo est species, & species est intentio: ergo homo est intentio: co-

clusio est falsa: ergo aliqua præmissa non minor: ergo maior.

Item: omnis prædicatio vera in abstracto est vera per se primo modo: haec non est vera per se primo modo: homo est species: & prædicatum, & subiectum, sunt abstracta: ergo præpositio falsa.

Ad oppositum: de quounque prædictum diffinitio, & diffinitum: sed homo prædicatur de pluribus differentibus numero: ergo homo est species: ergo vniuersale.

QVÆSTIO II.

Appendix, an tales sint
per se?

Iuxta hoc queritur: an tales sint per se? quod sic videtur: cui enim per se inest diffinitio, per se inest & diffinitum: sed homo prædicatur per se de pluribus differentibus numero: ergo homo per se est species.

Item: quod est per se intelligibile, est per se vniuersale: homo est per se intelligibile: ergo, &c. minor patet: quia per suum quod quid est, quod est idem sibi.

Item: vniuersale conuenit homini, secundum quod abstrahitur ab omni accidente: ergo non conuenit ei, ut accidentis est: antecedens est verum: quia homo, ut consurgit accidentibus, est singularis.

Ad oppositum: per se presupponit dici de omni: ergo si homo est per se vniuersale: omnis homo erit vniuersale: consequens est falsum: ergo & antecedens.

Ad primā questionē dicendum: quod vniuersale est in re, ut in subiecto: quia queſt.

illā denominat nō intellectū: sed in intellectu est velut in efficiēte, & ut cognitū in cognoscēte. Sciendum tamen: quod significantum termini communis significantis veram naturam tripliciter potest considerari: uno quidem modo, secundum esse in suppositis, quod dicitur esse materia eius: & hoc modo sunt sibi accidentia communia: secundo modo, consideratur absolute secundum esse quidditatum: & sic in sunt ei prædicata essentialia: tertio modo, ut per